



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Gd  
39  
92




Ed 39.92




Harvard College Library

FROM

*By exchange.*





1919

# De Dionysio Halicarnassensi Isocratis imitatore.

---

**Dissertatio inauguralis,**

**quam amplissimi philosophorum Vratislaviensium ordinis**

**consensu et auctoritate**

**ad summos in philosophia honores  
rite capessendos**

**una cum sententiis controversis**

**die XIII. mensis Septembris anni MCMVI hora 12**

**publice defendet**

**Carolus Maetzke**

**Hasso-Nassovius.**

---

**Adversarii erunt:**

**R. Wreschniok, cand. phil.**

**K. Dittrich, cand. phil.**



**Vratislaviae,**  
**Typis R. Nischkowsky.**  
**MCMVI.**

Ms. 92.92


Harvard College Library  
NOV 27 1907  
From the University  
by exchange

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit  
Franciscus Skutsch.

Examen rigorosum habitum est die XXV mensis  
Julii MCMVI.

**Parentibus optumis  
sacrum.**





# Argumentum.

---

- A. Prooemium.
  - B. Dionysius Halicarnassensis quatenus imitatus sit Isocratem  
in orationibus Antiquitatum Romanarum.
    - I. De figuris:
      - a) de contentione,
      - b) de annominatione,
      - c) de traductione,
      - d) de compari.
    - II. De tropis:
      - a) de translatione,
      - b) de sententia.
    - III. De verbis ac locutionibus:
      - a) de vocabulis singulis,
      - b) de locutionibus.
    - IV. De orationum quarundam compositione.
  - C. Epilogus.
-



## A. Prooemium.

---

In iis viris, qui Augusti aetate Romae aequales suos incitare studebant, ut in oratoribus Atticis, qui tum iam classici existimabantur, lectitandis operam ac studia collocarent, non ultimo loco numerandum esse Dionysium Halicarnassensem quis est qui neget?

Qui quantam ipse collocarit operam in eorum oratorum Atticorum qui imprimis imitatione digni videbantur genere dicendi et explicando et aestimando, potissimum ex scriptis eius rhetoricis cognoscitur.

Quae non ea eum mente conscripsisse, ut tamquam rerum scriptor vitam atque elocutionem oratoris cuiusque describeret, sed imprimis id eum spectasse, ut dictionem eorum aequalibus ad imitandum proponeret, inde dilucide apparet, quod e singulorum oratorum genere dicendi id ipsum eligit atque praedicat, quod ab eo delibandum sit.

Quod ut cognoscas evolvas quaeso libellum de Lysia cap. 5:  
μιμητέον δὴ καὶ τὴν βραχύτητα τὴν Λυσίου,

cap. 9: ληπτέον δὴ καὶ τὸ πρέπον τῆς λέξεως παρὰ Λυσίου,

cap. 10: ὥστε καὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν ληπτέον παρὰ τοῦ ῥήτορος,

cap. 15: ἐκ δὴ τούτων παρακελεύομαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν αὐτὸν τὴν μὲν εὐρεσιν τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τὴν κρίσιν ζηλοῦν, τὴν δὲ τάξιν καὶ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν, ἐνδεστέραν οὖσαν τοῦ προσήκοντος, μὴ ἀποδέχεσθαι τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ παρ' ἑτέρων, οἱ κρείττους οἰκονομῆσαι τὰ εὐρεθέντα ἐγένοντο, . . . τοῦτο τὸ στοιχεῖον λαμβάνειν.

Quibus ex verbis intellegitur Dionysium non unum oratorem aliis neglectis sequendum esse praecipere, sed id e singulis sumendum esse statuere, quo quisque ceteris praestet. Quod ad Dionysii ipsius elucutionem diiudicandam non parvi esse momenti infra videbimus.

Dionysium autem non modo aliis praescribere voluisse, quo modo antiquos intuentes suam exornarent dictionem, sed ipsum quoque ex studiis, quae posuit in oratoribus Atticis, fructum cepisse ad opus suum conscribendum, quo origines et tempora antiquissima urbis Romae populique Romani tractat, veri simile est.

Quo in opere cum tota elocutio flosculis ex vetustioribus decerptis exornata est, quod inter viros doctos iamdudum constat<sup>1)</sup>, tum in orationibus, quas scriptor Thucydidem aliosque imitatus omni occasione data operi suo inseruit, multa inveniuntur, quae antiquorum lectioni debentur.

Ne hoc quidem viros doctos effugisse inde cognoscitur, quod iam Henricus Stephanus dictionem Dionysii cum Thucydidea contulit<sup>2)</sup>.

Deinde Cobetus in Observationibus criticis<sup>3)</sup> quantum valuerint studia Dionysii rhetorica ad formandam eius dictionem ostendit. Legas quod dicit pag. 6: „Conflata est igitur Dionysii dictio ex optimo quoque scriptore Attico —“

et pag. 25: „Passim Dionysius Halic. locis Thucydidis, Herodoti, Isocratis, Demosthenis, Platonis, Xenophontis, Euripidis et aliorum tanquam flosculis aut gemmis orationem suam distinxit.“

Nec non Iacobyus, vir de Dionysio Halic. egregie meritus, complures ex Antiquitatibus Romanis locos collegit<sup>4)</sup>, quibus Dionysium Isocratem, Herodotum, Demosthenem, Euripidem, Horatium ante oculos habuisse verisimile sit, quamquam de Horatio paululum addubito.

1) cf. Wilh. Schmid, der Attizismus in seinen Hauptvertretern I, pag. 23.

2) Invenis haec in Popponis editione Thucydidis I 1, 356.

3) Observationes criticae et palaeographicae ad Dion. Hal. Antiquitates Romanas. Lugduni Batavorum 1877.

4) in Annalibus philologicis 127, pag. 841.

De rhetorica indole orationum in Antiquitatibus Romanis in universum disputavit Liersius<sup>1)</sup>, sed certa imitationis exempla non attulit.

Locos a prioribus notatos collegit multisque exemplis ex Demosthene, Thucydide, Xenophonte sumptis auxit Iosephus Flierle<sup>2)</sup>, qui totas orationes vel partes orationum a Dionysio ad antiquorum exemplorum similitudinem compositas esse primus dilucide demonstravit.

In elocutionem Dionysii diligenter inquisivit Goetzel erus<sup>3)</sup>, qui in dissertatione multa collegit, quae Dionysius ex poetarum, historicorum, oratorum dictione in usum suum converterit.

Qui viri docti omnes consentiunt Dionysium permultis locis ad Demosthenis genus dicendi sese applicasse. Et quadrat hoc ad ea, quae Dionysius in scriptis rhetoricis de hoc oratore disserit, cui haud dubie primas tribuit partes. Legas quaeso quod dicit in epistula ad Cn. Pompeium Geminum (752):

τρεις μὲν ἐξ ἀπάντων ἐξελεξάμην τοὺς δοκοῦντας εἶναι λαμπροτάτους Ἴσοκράτην καὶ Πλάτωνα καὶ Δημοσθένη —

et in libello de Demosthene cap. 33:

Ἴσοκράτην καὶ Πλάτωνα . . . καὶ εἰ τῶν ἄλλων ἀμείνους εἰσίν, Δημοσθένη γ' οὐκ ἀξίους ὄντας ἀμιλλᾶσθαι περὶ τῶν ἀριστείων.

Quibus ex locis apparet Dionysium, etsi Demosthenes ei quasi instar oratoris videtur esse, tamen alium oratorem dignum indicasse, qui cum Demosthene conferatur et qui secundas post illum agat partes: Isocratem.

Valde igitur mirandum est neminem adhuc in quaestionem vocasse, possintne etiam Isocratis vestigia in orationibus Antiquitatum Romanarum inveniri. Quamquam enim omnes viri docti, qui de Dionysii elocutione scripserunt, eum etiam Isocratem sectatum esse pro certo habere se dicebant<sup>4)</sup>, tamen

<sup>1)</sup> Die Theorie der Geschichtsschreibung des Dion. v. Halik. Waldenburg, 1886.

<sup>2)</sup> Über Nachahmungen des Demosthenes, Thukydides und Xenophon in den Reden der Römischen Archäologie des Dion. v. Halik. München 1890.

<sup>3)</sup> Animadversiones in Dion. Halic. Antiquitates Romanas. Monachii 1893/94.

<sup>4)</sup> Liers (l. c. pag. 18) „In den Reden des Isokrates findet er sein Ideal verwirklicht“.

certa huius rei in medium proferre exempla nemo adhuc tentavit<sup>1)</sup>, nisi quod Iacobyus unum attulit locum (l. c.).

Sane fatendum est tam multis locis quam Demosthenis Isocratis memorem Dionysium non fuisse, id quod facile eo explicari potest, quod genus dicendi quod vocatur ἐπιδεικτικόν, quo Isocrates maxime florebat, ad contiones et causas forenses, quae in Antiquitatibus Romanis narrantur, minus aptum erat quam Demosthenis λόγοι δικανικοί et συμβουλευτικοί.

Tamen satis multi exstant loci, quibus Isocratem Dionysio ante oculos versatum esse pro certo demonstrari potest; sed ne ii quidem praetereundi sunt, quibus Isocratem an Demosthenem Dionysius secutus sit ambiguum est; nam cum in eorum scriptorum, qui Atticistae vocantur, copia atque usu verborum indagando multum etiam est proficiendum, tum in Dionysii elocutione multa sunt exploranda: latus patet campus, magna iacent inculta spatia.

Itaque operam et oleum me non perdere arbitratus huic quaestioni absolvendae operam dedi; iam in medias progrediamur res et initium faciamus ab ornamentis elocutionis, e quibus primo loco figuras tractabimus.

## B.

### I. Figurae.

Quarum duo esse genera antiqui rhetores statuerunt: figuras sententiarum (σχήματα διανοίας) et figuras verborum (σχήματα λέξεως). Illas ab Isocrate raro, a Demosthene persaepe adhibitas in quaestionem vocandas esse non puto, cum a Demosthene eas delibasse Dionysium veresimile sit omnesque illae praemunitiones, praeteritiones, interrogationes, subiectiones, quae apud Dionysium exstant, etiam apud Demosthenem inveniuntur<sup>2)</sup>; de his vero quid iudicaverit Dionysius audiamus.

Scriptis igitur in libello de Isocrate cap. 2: αἱ τε παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις καὶ τὰ ἀντίθετα καὶ πᾶς ὁ τῶν τοιούτων

<sup>1)</sup> cf. Schwartz (Pauly-Wissowa V, 938) „Leider fehlt noch die Vergleichung mit Isokrates“.

<sup>2)</sup> Haec diligenter atque copiose collecta sunt a Flierlio l. c.

σχημάτων κόσμος πολὺς ἐστὶ παρ' αὐτῷ καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευὴν παριστάμενος ταῖς ἀκοαῖς —

et cap. 13: ἐξ αὐτῆς γὰρ ἔσται τῆς Ἰσοκράτους λέξεως τεθείσης καταφανῆς ὅ τε τῶν περιόδων ῥυθμὸς ἐκ παντὸς διώκων τὸ γλαφυρὸν καὶ τῶν σχημάτων τὸ μειρακιῶδες περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις κατατριβόμενον· καὶ οὐ τὸ γένος μέφομαι τῶν σχημάτων, ἀλλὰ τὸν πλεονασμόν.

Unde apparet Dionysium, ut figurarum quae vocantur Gorgianarum abundantiam reprehendit, ita modicum earum usum ad exornandam orationem admisisse.

Quam rationem in orationibus operis historici, de quo agimus, in universum secutus est; multa enim in iis inveniuntur ἀντίθετα et παρονομασίαι et παρισώσεις, sed plerumque ita, ut non offendant.

Iam contemblemur figuras singulas.

#### a. Contentio (ἀντίθετον).

Quam figuram praeter modum adamasse Isocratem Dionysius dicit, ut modo legimus; sed ne ipse quidem eam aspernatus est.

Iis antithetis, quae non apud Isocratem tantum, sed etiam apud alios oratores haud raro leguntur, omissis (velut λέγειν-πράττειν, λόγοι-ἔργα, ἴδιος-κοινός aliisque) eorum tantum rationem habeo, in quibus fingendis Dionysium Isocratis memorem fuisse iure quodam contendere potest.

Ac primum mihi liceat afferre locos iam a Iacobyō (v. supra p. 4) notatos, quibus opponitur corpus mortale immortalī gloriae.

Dion. V 27 ἀντὶ τοῦ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον ὑπάρξει μοι κλέος<sup>1)</sup>,

V 29 ἀντὶ τοῦ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν καταλιπεῖν,

XI 13 κλέος ἀθάνατον ἀντὶ τοῦ θνητοῦ σώματος κατέλιπε τοῖς ἐγγόνις,

<sup>1)</sup> Vocem κλέος, quae a Demosthene demum in pedestrem orationem Atticam introducta est, Dion. ex Isocrate sumere non potuit.

Contra εὐκλεία apud Isocr. VI 109, apud Demosthenem autem nisi in oratione spuria (LX 32) non invenitur.



XIV 9 καλήν δὲ καὶ ἀθάνατον εὐκλείαν<sup>1)</sup> καταλείψοντες ἀντὶ τοῦ θνητοῦ σώματος.

Quibuscum conferas Isocr. VI 109 κάλλιον ἔστιν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι καὶ ψυχῆς . . . πρίσθαι τοιαύτην εὐκλείαν,

V 134 ἐνθυμοῦ δ'ὅτι τὸ μὲν σῶμα θνητὸν ἅπαντες ἔχομεν, κατὰ δὲ τὴν εὐλογίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ τὴν φήμην καὶ τὴν μνήμην . . . ἀθανασίας μεταλαμβάνομεν.

Addo quod dicit Isocr. II 37 ἀλλ' ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν, et IX 71 θνητὸς δὲ γενόμενος ἀθάνατον τὴν περὶ αὐτοῦ μνήμην κατέλιπεν.

Vis opponitur persuasioni apud Dion. VII 32 εἰ δὲ πείθουσιν ἡμῖν οὐ συγχωρήσετε, εὖ ἴστε, ὅτι οὐδ' ἡμεῖς βιαζομένοις ὑμῖν εἴσομεν,

et IX 32 εἰ δ'ἀδύνατοι ἦτε κατασχεῖν ἀσύμφορον ἐπιθυμίαν λογισμοῦ σώφρονι, μετὰ τοῦ πείθειν τῶν αὐτῶν ἀξιοῦν τυγχάνειν, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ βιάζεσθαι.

Quae contentio etiamsi apud Demosthenem quoque invenitur<sup>2)</sup>, tamen ad Dionysii sententias propius accedit quod dicit Isocr. V 16 ἔστι δὲ τὸ μὲν πείθειν πρὸς τοὺς Ἕλληνας συμφέρον, τὸ δὲ βιάζεσθαι πρὸς τοὺς βαρβάρους χρήσιμον,

et VIII 21 συμμαχοῦς ἔσομεν ἅπαντας ἀνθρώπους, οὐ βεβιασμένους ἀλλὰ πεπεισμένους.

Alio loco corpus, alio animum esse posse scriptum legimus apud Dion. III 21 τὸ μὲν σῶμα ἐν τοῖς ζῶσιν ἔχεις, τὴν δὲ ψυχὴν παρὰ τῷ νεκρῷ,

V 10 τὸ μὲν σῶμα παρ' ἡμῖν ἔχεις, τὴν δὲ ψυχὴν παρὰ τοῖς πολεμίοις,

V 12 τὸ μὲν σῶμα παρὰ τοῖς ὑποδεξαμένοις ἔχειν, τὴν δὲ ψυχὴν παρὰ τοῖς προπέμπουσιν.

Idem legitur apud Isocr. III 51 ἀλλ' ἐὰν καὶ τὸ σῶμα μὴ παρῆ, τὴν διάνοιαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρεστάναι,

<sup>1)</sup> v. adnotationem pag. 7 ascriptam.

<sup>2)</sup> XVII 23, in oratione a Dionysio ipso pro spuria habita (cf. de Demosthene cap. 57), τὰ μὲν πείθοντες, τὰ δὲ βιαζόμενοι.

XXI 45 τὸν μὲν πεισθέντα . . . , τὸν δὲ βιασθέντα.

XIV 15 τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἡναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μεθ' ὁμῶν ἦσαν.

Cuius figurae quamquam permulta apud Dionysium inveniunt exempla, tamen ea tantummodo in medium proferre volui, quae quin ex Isocrate sumpserit Dionysius dubitari vix potest.

Iam transeamus ad eam figuram oratoriam, quae vocatur

#### b. Annominatio.

Cuius figurae duo exstant genera, quae inter se discernere haud raro difficillimum est. Quibus in definiendis ad eorum virorum doctorum sententiam accedo, qui eam figuram, quae efficitur verbis similiter sonantibus ita secum coniunctis, ut etiam sensus respiciatur, παρονομασίαν, eam, quae tantum formam, non sensum spectat, παρήχησιν vocari volunt<sup>1)</sup>.

Ac primum quidem de παρονομασίᾳ agere mihi liceat, quam ut Isocrates haud frequenter adhibet<sup>2)</sup>, ita Dionysius quoque parce admittit.

Plerumque haec figura ita effingitur, ut forma activa coniungatur cum forma passiva eiusdem verbi; velut apud Dionysium

II 3 οὔτε ἄρχειν ἀπαξιῶ οὔτε ἄρχεσθαι ἀναίνομαι,

IV 36 καὶ ἄρχειν ἐπίσταμαι καλῶς καὶ ἄρχεσθαι δύναμαι σωφρόνως,

IV 74 τὸ γὰρ ἐν μέρει τὸν αὐτὸν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι,

IX 9 τοὺς οὔτ' ἄρχειν δυναμένους οὔτ' ἄρχεσθαι βουλομένους,

IX 32 οὔτε ἄρχεσθαι ὑπομένοντες οὔτε ἄρχειν εἰδότες.

Quibus omnibus locis Dionysio ante oculos versata esse videtur illa sententia Isocratis III 57

ἦν γὰρ καλῶς ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῶν ἄρχειν δυνήσονται.

Aliud huius figurae exemplum exstat apud Dion. III 8

ἐν ᾧ καὶ κρατηθέντες ἀπολείσθε καὶ κρατήσαντες,

IV 83 σφίσειν τε ἡμᾶς καὶ σφίζεσθαι ὑφ' ἡμῶν,

<sup>1)</sup> cf. Steinberg, Beiträge zur Würdigung der Thukyd. Reden; Berlin 1870, pag. 13—15.

<sup>2)</sup> cf. Blass, Attische Beredsamkeit II<sup>2</sup>, pag. 177.

VI 86 ἡ γαστήρ τρέφει τὸ σῶμα τρεφομένη καὶ σφζει σφζομένη,

VI 79 τὰ μὲν κρατηθέντα ἀτυχεῖ, τὰ δὲ κρατήσαντα ἀδικεῖ, καὶ περίεστι τοῖς μὲν ὑπὸ τῶν φίλτατων ἀπόλλυσθαι, τοῖς δὲ τὰ φίλτατα διολέσαι,

VI 73 οὐκ ἀδικεῖσθε ἀλλ' ἀδικεῖτε.

Quibuscum conferas Isocr. II 16 ἦν μὴθ' ὕβριζειν τὸν ὄχλον ἕξ μὴθ' ὕβριζόμενον περιορᾶς,

II 47 εὖροι δ' ἄν τις τοὺς αὐτοὺς ἢ λοιδοροῦντας ἢ λοιδοροῦμένους,

XV 14 οὗτος γὰρ αὐτὸς συγγεγραμμένα λέγων περὶ τῶν ἐμῶν συγγραμμάτων.

Altera illa figura, quam παρήχησιν appellari supra diximus, persaepe duobus verbis eadem cum praepositione compositis inter se coniunctis efficitur, velut apud Dionysium

III 10 ἡ δ' ὀμετέρα πόλις ἀδιακόσμητός ἐστιν ἔτι καὶ ἀδιάτακτος,

IV 55 οἷς συνετράφητε καὶ συνεπαιδεύθητε,

X 6 εἰ δὲ συνῆδεις τε καὶ συνέπραττες,

X 10 καὶ συντρέχει τε καὶ συνάδει,

VII 56 τὸν βουλόμενον συννοσεῖν καὶ συναδικεῖν,

VII 23 παρασπονδεῖν καὶ παρανομεῖν,

VII 46 οἱ παραψύχοντες καὶ παρακροτοῦντες,

XI 16 ἀντὶ τοῦ παρακαλεῖν καὶ παρορμαῖν τοὺς νέους,

VI 62 διαχέει καὶ διαλύσει,

VII 36 τῆς δὲ τοῦ σίτου διαπράσεως τε καὶ διαθέσεως,

VI 53 ὁ δ' ἐπίκλητος γ' οὔτοσι καὶ ἐπίσκηνος ὄχλος,

VII 38 οὐτ' ἐπέκρινεν οὐτ' ἐπεψήφισεν.

Quod etiam invenitur apud Isocratem

II 3 τοῖς δὲ φίλοις ἐπιπλῆξαι καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι,

IV 14 καταγελαῖν καὶ καταφρονεῖν,

IV 47 ἡ πάντα ταῦτα συνεξεῦρε καὶ συγκατεσκεύασε,

VII 4 συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ,

VIII 87 οὐ συμπενηθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας ἀλλὰ συνηδόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς,

X 52 ὁμοῦ αὐτοὺς συνεξώρμησαν καὶ συνεξέπεμψαν,

XV 11 συναρμόσαι καὶ συναγαγεῖν,

XII 243 τοὺς παρακρουμένους καὶ παραλογιζομένους.

Quae annominationes ut ne nostras quidem recentiorum aures offendunt, ita in universum Dionysium non minus quam Isocratem operam dedisse, ut Gorgianas illas vitaret ineptias, sane concedendum est. Paulo artificiosiores hae mihi videntur παρονομασίαι:

Dion. VIII 33 καὶ τὰ μὰ παθήματα παιδεύματα γενήσεται τοῖς ἄλλοις<sup>1)</sup>,

VIII 34 φιλοῦμέν τε πάντες τὰ ὠφελοῦντα,

IX 47 παρὲς δὲ καὶ αὐτὸς ἅπασαν εἰρωνεῖαν ἔργου ἄρξομαι,

XI 8 καὶ περὶ διαλλαγῶν διαλεγόμενοι.

Eodem vel simili modo hae annominationes apud Isocratem formatae sunt:

II 46 οἱ φθονοῦσι μὲν τοῖς εὖ φρονοῦσι,

IV 186 φήμην καὶ μνήμην,

IX 45 ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν ἀλλ' οὐκ ἀγόμενος ὑπ' αὐτῶν,

XII 155 παρὰ πολλῶν ἔσται πυθέσθαι,

XV 18 τοὺς δὲ μηδὲν ἡμαρτηχότας δοκεῖν ἀδικεῖν.

Denique afferam annominationem, quam Dionysium ab Isocrate delibasse luce — ut ita dicam — clarius est:

Dion. III 9 οὐ γὰρ ἀναβολὰς ποιησόμενοι τῶν κακῶν συνελθύθαμεν ἀλλ' ἀπαλλαγὰς — et

Isocr. VIII 25 μηδ' ἀναβολὴν ἀλλ' ἀπαλλαγὴν εὐρήσομέν τινα τῶν κακῶν τῶν παρόντων.

Leviorem illam annominationis formam, quam recentiores alliterationem appellant, missam faciam, quamquam non desunt eius exempla apud utrumque scriptorem, velut

Dion. IV 8 οἷς πονηρὸν μὲν γένος, πονηραὶ δὲ τροφαί, πολιτικὸν δὲ καὶ μέτριον οὐδὲν ἐξεγένετο,

V 29 μήτε φράζειν ἕτερον ἐτέρῳ, πότε καὶ πῶς καὶ ποῦ . . . ἐπιθῆσεται;

nam haec ex Isocrate an ex alio quodam scriptore an ex suo ingenio sumpserit Dionysius — quis diiudicare potest?

<sup>1)</sup> Haud scio an Dion. hoc ex Herodoto I 207 τὰ δέ μοι παθήματα τὰ ἐόντα ἀχάριτα μαθήματα γέγοσι sumpserit et, cum haec annominatio ei putidior videretur, verba mutaverit.

Unius tantum loci mentionem faciam, quo mirum in modum — ut infra planius demonstrabitur — Dionysius et Isocrates inter se congruunt, ita ut in eo formando alterum alterius memorem fuisse pro certo dici possit:

Dion. VI 84 πολλοὶ δὲ πόλεμοι πόλεις πρὸς πόλεις συστάδες διηλλάγησαν — et

Isocr. XVIII 31 πρὸς μὲν γὰρ τὸν πόλεμον πολλαὶ πόλεις ἂν εὐρεθεῖεν καλῶς ἡγωνισμέναι.

Ad hanc figuram proxime accedit figura quae vocatur

### c. Transductio

vel Graece πολύπτωτον, quae efficitur eodem verbo diversis in casibus posito.

Dion. IV 79 ὕφ' ὧν ἐσώθη καὶ παρ' οἷς ἐτράφη καὶ οὖς διαδέξασθαι ἔμελλον,

Isocr. IV 27 ἐν ᾗ κατοικοῦμεν καὶ μεθ' ἧς πολιτεύομεθα καὶ δι' ἣν ζῆν δυνάμεθα.

Dion. VI 59 τίνες εἰσὶν οὖς κατεδουλωσάμην ἐγὼ πρὸς τὰ χρέα; τίνες ἐν δεσμοῖς πολίτας ἔσχον . . .; τίς τῶν ἀφροσύνητων στέρεται τῆς πατρίδος;

X 13 Παρὰ τίνων ἐδέξασθε τὰ γράμματα . . .; τί ἀναβάλλεσθε . . .; τίς δ' ὁ τὰ γράμματα κομίσας ἀνὴρ ἐστίν; . . . αἱ δὲ δὴ . . . μηνύσεις παρὰ τῶν ἐνθάδε τίνες τ' εἰσὶν καὶ ὑπὸ τίνων γενόμεναι; τί κρύπτετε τὰς πίστεις;

Isocr. IV 183/184 φέρε γὰρ, πρὸς τίνες χρῆ . . . πολεμεῖν; τίσι δὲ φθονεῖν εἰκός ἐστιν . . .; ἐπὶ τίνες δὲ στρατεύειν προσήκει;

Dion. X 29 ἡμεῖς οὐτ' ἐγκαταλείπομεν οὔτε προδίδομεν ὑμᾶς, ὦ πατέρες, οὐδ' ἂν ἀπολειφθεῖμεν ὑμῶν . . ., ἀλλὰ καὶ ζῆν αἰρούμεθα σὺν ὑμῖν καὶ πάσχειν, ὃ τι ἂν τῷ δαίμονι δοκῇ μεθ' ὑμῶν· πρόθυμοι δ' ἐν παντὶ καιρῷ περὶ ὑμᾶς γεγονότες ἡξιούμεεν μετρίως παρ' ὑμῶν τυχεῖν χάριτος, ὥσπερ τῶν κινδύνων ἰσομοιρούμεν ὑμῖν, οὕτως καὶ . . . τὸ ἴσον ἔχειν.

Isocr. XVI 41 φαίνεται γὰρ . . . ἐκ παντὸς τρόπου κινδυνεύων τὰ μὲν ὑφ' ὑμῶν, τὰ δὲ δι' ὑμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ὑμῶν, τὰ δὲ μεθ' ὑμῶν.

Iam annominatione relicta ad tertiam transeamus figuram illam Gorgianam, quae vocatur παρίσσωσις vel Latine

## d. Compar.

Cui figurae effingendae Isocratem, cum annominationem haud ita frequenter adhiberet — in quo Dionysium eum secutum esse vidimus —, tantopere studuisse constat, ut ea eius elocutionis propria dici possit. Itaque cum ad efficiendum id quod nobis proposuimus non parvi esse momenti videatur, si Dionysium quoque exaequandis membris sententiarum operam dedisse demonstrari possit, exempla huius figurae, quae quidem notabilia videantur, ex Dionysio in medium proferre mihi liceat, praesertim cum nemo in hanc rem inquisiverit; ex Isocrate exempla afferre supervacaneum esse puto, cum cuivis hunc scriptorem evolventi haec figura sententiarum occurrat.

Παρίσῳσις et apud Isocratem et apud Dionysium haud raro augetur atque amplificatur ea figura quae vocatur ὁμοιοτέλευτον, quae efficitur verbis in diversis enuntiationis membris pariter vel similiter desinentibus.

Quibus praemissis ad rem ipsam aggrediamur.

Dion. II 3 οὔτε ταῖς εὐπραγίαις τῶν ὀλίγων οὔτε ταῖς δυστυχίαις τῶν πολλῶν.

IV 36 καὶ ἄρχειν ἐπίσταμαι καλῶς καὶ ἄρχεσθαι δύναμαι σωφρόνως.

V 66 φθονήσεσθαι μὲν εὐπορίαν, καταλυθήσεσθαι δὲ φιλεργίαν.

IV 82 περὶ μὲν τῆς Ταρχυνίου πλεονεξίας πολλοὺς ἀναιρεῖσθαι πολέμους, περὶ δὲ τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας μηδένα.

VI 52 μὴ γνῶμας εἰσηγεῖσθαι σωτηρίου, ἀλλ' εὐχὰς λέγειν ἀδυνάτους.

VI 73 τὰ μὲν εἰς τὴν ἐλευθερίαν, τὰ δὲ εἰς τὴν ἡγεμονίαν.

VI 79 ἐν ᾧ τὰ μὲν κρατηθέντα ἀτυχῆ, τὰ δὲ κρατήσαντα ἀδικεῖ.

VII 24 πολέμιον μὲν τὸ βουλόμενον . . ., δειλὸν δὲ τὸ μὴ δυνάμενον.

VII 32 μὴ λόγων μνησιχακεῖν φαύλων, ἀλλ' ἔργων μεμνησθαι καλῶν.

VII 41 ὥσπερ οὖν τῶν λαμπρῶν καὶ μεγάλων ἀφιστάμεθ' ἡμῖν, οὕτως τῶν ἴσων καὶ κοινῶν οὐ μεδιέμεθα.

VII 51 ἀπὸ μὲν τοῦ βιάζεσθαι κατέβη, ἐπὶ τὸ δικάζεσθαι δ' ἐτράπετο.

VII 52 τούτοις μὲν ἀμφοτέρα ἐξεῖναι πλεονεκτεῖν, ἡμῖν δ' οὐδέτερου τῶν δικαίων μετέχειν.

VII 52 περὶ μὲν τῶν μειζόνων ἐπιτρέπειν, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀπιστεῖν.

VII 53 ἀνόσια μὲν φρονοῦντας περὶ θεοῦς, ἄδικα δὲ πράττοντας πρὸς ἀνθρώπους.

VIII 7 χαλεπὸς μὲν οἷς ἀντὶ πολιτῶν ἐχθροῖς κέχρημαι, χρηστὸς δ' οἷς ἀντὶ πολεμίων φίλοις.

VIII 28 κακοὺς μὲν διαντλοῦσι βίους, οἰκτραὺς δ' ὑπομένουσι τελευτάς.

VIII 32 τιμᾶσθαι μὲν ὑπὸ τῶν εὖ πεπονθότων, μισεῖσθαι δ' ὑπὸ τῶν ἠδικομένων.

VIII 43 τὰ μὲν ἀπολέσαντα φιλεῖν, τὰ δὲ σώσαντα ἀδικεῖν.

VIII 47 θεοῦς δὲ δὴ σεβόμενος οὐς ὤμοσα καὶ ἀνθρώπους αἰδούμενος οἷς τὰς πίστεις ἔδωκα.

X 10 οὔτε θεῖον φοβηθέντες χόλον οὔτ' ἀνθρωπίνην ἐντραπέντες νέμεσιν.

XI 12 τῶν μὲν ἀμαρτημάτων σου μεμνησθαι, τῶν δ' ἐδεργείων ἐπιλελῆσθαι.

XI 14 ἵνα τῶν ἴσων τε καὶ κρειττόνων ἄρχῃς, ὑπὸ τῶν ἡττόνων τε καὶ καχιόνων ἄρχεσθαι.

In hac figura adhibenda Isocratis proprium est compar non semper tam aperte et perspicue in conspectu ponere, sed saepe obscurat παρίσωσιν ordine verborum commutato vel aliis verbis interiectis<sup>1)</sup>.

Quod imitatum esse Dionysium ex his licet cognoscere exemplis:

V 10 πότερα τῆς πρὸς τὴν πόλιν εὐνοίας ἢ τῶν πρὸς τοὺς τυράννους διαλλαγῶν, καὶ πότερα τῆς ἐμπεδώσεως τῶν ὄρκων . . . ἢ τῆς συγχύσεως τε καὶ ἐπιτορκίας.

V 65 τοῖς μὲν πολεμίοις περὶ μηδενὸς ὧν ἠξίωσαν ἀντειπεῖν, τοῖς δ' ἑαυτῶν πολίταις περὶ μικροῦ πολεμεῖν διαφόρου.

<sup>1)</sup> cf. Blass, Attische Beredtsamkeit II<sup>2</sup>, pag. 181.

VI 73 συγγέροντες τὴν τῆς ἀληθείας φύσιν καὶ τὴν τῶν δικαίων ἀξίωσιν ἀναστρέφοντες.

VII 32 ὧν ἡμεῖς μὲν ἐπιλελησθαι βουλόμεθα, ὑμεῖς δὲ δίκαιοί ἐστε μεμνησθαι.

VIII 10 λήψονται μὲν πρότεροι τὰ δπλα ἐκείνοι, θήσομεν δ' ἡμεῖς ὕστεροι.

X 6 ἀπολύων δέ σε τοῦ τότε συναδικεῖν ἡμᾶς, μέμφομαι τοῦ νῦν ἡμῖν μὴ συναγανακτεῖν.

Quibus omnibus locis Dionysium collocatione verborum leviter immutata insignem παρίσωσιν verbis similiter cadentibus auctam efficere potuisse quis non videt?

Quamquam eis quos attuli locis non deerant exempla eius figurae, quam ὁμοιοτέλεστον vocari supra diximus, tamen, cum ea Isocrateae elocutionis quasi propria esse dici possit, aliquot alia ex Dionysio afferre exempla haud inutile esse putabam.

II 3 τοὺς δὴ τὰ πολέμια τ' ἀσχοῦντας καὶ τὰ τῶν ἐπιθυμῶν κρατοῦντας,

VI 7 οἱ δὲ μελλήσουσι μᾶλλον ἢ βοηθήσουσι,

IV 36 πολλοὺς ἴσασι ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς ἀκρίτους ἀπολωλότας ἢ τῆς πατρίδος στερουμένους ἢ τὰς οὐσίας ἀπολωλεκότας ἢ ἄλλη τινὶ συμφορᾷ κεχρημένους<sup>1)</sup>.

In eodem capite paulo infra:

δικαίως μὲντ' ἂν . . . τῆς ἀρχῆς θ' ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς ἀποστερηθεῖην.

VI 9 εἰ δὲ καὶ μετὰ τοῦ δρᾶσαί τι γενναῖον καὶ παθεῖν μῆτε τῆς τύχης πείραν λαβεῖν μῆτε τὴν τῆς ἀρετῆς δόξαν καταλιπεῖν.

VI 44 ἀλλ' ὁμοίως πεφρακίσμεθα καὶ παραλελογίσμεθα ἀμφότεροι.

VI 74 κατακλεισθέντες εἰς πολιορκίαν τε καὶ ἀμηχανίαν καὶ παντὸς πράγματος ἀπορίαν.

In eodem capite: ἐν ᾧ πολλὰ μὲν τραύματα λαβόντες, πολλὰ δὲ σώματα συγγενῶν τε καὶ ἐταίρων καὶ ὁμοσχόνων ἀποβαλόντες ἐνικήσαμεν τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν ἀπεκτείναμεν καὶ τὴν βασιλικὴν συγγένειαν ἅπασαν διεφθείραμεν.

<sup>1)</sup> quem totum locum ex Isocrate sumptum esse infra demonstrabitur.



VII 29 τοιούτοις οὔσι καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἀποτροφὴν ἔχουσι.

VII 48 ἀλλ' οὐκ οἶμαι δεῖν τῆς ἰδίας ἀσφαλείας πλείω ποιῆσθαι πρόνοιαν ἢ τῆς κοινῆς ὠφελείας.

VIII 34 καὶ διὰ τοῦτο φίλους τ' ἀπαρνούμεθα, ὅταν ἀδικήσωσι, καὶ ἐχθροὺς φίλους ποιοῦμεθα, ὅταν τις ἡμῖν παρ' αὐτῶν ὑπάρξη χάρις.

VIII 53 καὶ τοῦτο καὶ πᾶν ἄλλο ταπεινὸν σχῆμα καὶ λει-  
τούργημα ὑπομενῶ.

Sed iam figuras quae vocantur verborum missas faciam; nam satis mihi demonstrasse videor Dionysium eas ad exornandam orationem non sprevisse, sed in iis adhibendis in universum ad Isocratis dictionem sese applicasse.

## II. De tropis.

Ut in iis figuris, quae tantum formam spectant, facile erat demonstrare Dionysium secutum esse Isocratem, quippe qui in iis adhibendis ceteris oratoribus haud dubie praestiterit, ita in iis figuris, quae sensum respiciunt, i. e. in tropis, Isocratis, qui iis rarius utitur<sup>1)</sup>, Dionysium memorem fuisse certis demonstrare exemplis nonnullas habet difficultates. Nam cum in hoc genere Demostheni procul dubio primae sint deferendae partes, ab eo plurima delibasse Dionysium statim a primo contendī potest. Itaque ea tantum proferenda videntur exempla, quae apud Demosthenem vel omnino non leguntur vel obscuro quodam loco vel in orationibus spuriiis quas Dionysium sprevisse probabile est<sup>2)</sup>, apud Isocratem contra in celebri quadam oratione, ex qua Dionysium ea in usum suum vocasse verisimile sit.

Sed iam singula videamus et agamus primo loco de illa figura, quae a Graecis vocatur μεταφορά, a Latinis

### a. Translatio.

Quae quantum valeat ad amplificandam dictionem Cicero praedicat, cum verbis translatis quasi stellis quibusdam orationem illustrari dicit.

<sup>1)</sup> cf. Dionys. de Demosth. cap. 20: 'Ἰσοκράτης ἀτολμὸς ἐστὶ περὶ τὰς τροπικὰς κατασκευάς.

<sup>2)</sup> De Demosthenis orationibus spuriiis cf. Dionys. de Demosth. cap. 57.

**Quam legimus translationem apud Dion. VI 41** τοῖς δὲ προθύμως ἀγωνισαμένοις κάλλιστος μὲν στέφανος πόλις ἦδε ἡ γειναμένη σταῖσα ὀρθή,

**ea deprompta esse videtur ex Isocr. V 70** αἰσθάνη δὲ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ὀρθὴν οὖσαν et

**XVI 7** ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως γενομένης,  
**quoniam apud Demosthenem ea non exstat.**

**Quasi contrarium significatur translatione πατρίς (vel πόλις) νοσεῖ, quam Dionysius satis adamavit; legitur enim**

**VIII 49** ἡ πατρίς νοσοῦσα,

**IX 29** καὶ τὴν πόλιν ὑγιῆ πάσης νόσου πολιτικῆς,

**IX 53** οὐ γὰρ τὸ νοσοῦν ὑγιασθήσεται τῆς πολιτείας μέρος,

**X 7** ὅτε ἡ μεγάλη νόσος κατέλαβε τὴν πόλιν (non de morbo, sed de seditione quadam dictum),

**XI 7** ἀκούσαντες ὅτι σεσάλευται καὶ νοσεῖ τὸ πάτριον ἡμῶν πολίτευμα ἐκ πολλοῦ, et paulo infra

ὅταν δὲ νοσοῦσα (scil. ἡ πόλις) ἐν αὐτῇ . . . τοῖς ὑπαιθρίοις ὁμόσε χωρῇ πολεμίοις.

**Qua translatione etiam usus est Isocrates:**

**X 34** νομίσας οὐκ ἄρχοντας ἀλλὰ νοσήματα τῶν πόλεων εἶναι τοὺς τοιούτους,

**XII 99** ἐκεῖνοι μὲν ἂν φανεῖεν ἀπάσας τὰς πόλεις . . . μεστάς πεποιηχότες τῶν τοιούτων συμφορῶν καὶ νοσημάτων,

**XII 165** ταῦτα δὲ διανοηθέντες τῶν μὲν ἤττον νοσοῦσῶν (scil. πόλεων) . . . ἐξαιρεῖν ἐπειρῶντο τὰς διαφοράς.

**Sed cum haec translatio etiam apud Demosthenem reperiatur, Demostheni an Isocrati an utrique eam debeat Dionysius pro certo dici nequit.**

**Ad hanc translationem prope accedit quod dicit Dionysius**

**VIII 49** ἡ πατρίς νοσοῦσα καὶ ἐν πολλῶ κλύδωνι σαλευομένη,

**X 11** ἐν τσοῦτῃ δὴ κινδύνῃ σαλεύοντες ἰκέται γιγνόμεθα ὑμῶν,

**XI 7** σεσάλευται καὶ νοσεῖ τὸ πάτριον ἡμῶν πολίτευμα ἐκ πολλοῦ,

**XI 9** δεῖξας ἐν οἴῳ κλύδωνι τὰ πράγματα σαλεύει τῆς πόλεως.

Quod ex Isocr. VIII 95 τὴν γὰρ πολιτείαν . . . ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευῖσαι καὶ λυθῆναι παρὰ μικρὸν ἐποίησεν

fluxisse mihi videtur, cum haec translatio neque apud Demosthenem neque apud alium ullum oratorem Atticum inveniat.

Sane fatendum est hanc translationem — sicut alias, quas allaturus sum — etiam apud poetas antiquos in usu fuisse;<sup>1)</sup> sed cum sciamus, quam accurate ac diligenter Dionysius oratores Atticos iterum atque iterum perlegerit, oratori cuidam quam poetae eam debere Dionysium mihi quidem verisimilius videtur.

Rem publicam spectat haec quoque translatio a corporis humani similitudine sumpta

Dion. III 11 ὁ δ' ἄλλος ὄχλος σῶμα τῆς πόλεως ἐστὶν ἰσχὸν καὶ δύναμιν τοῖς βουλευθεῖσιν ὑπὸ τῶν κρατίστων παρεχόμενος,

quae quasi explanatur hoc loco

V 67 ψυχῇ μὲν ἀνδρὸς ἀνάλογον ἐχούσης τι τῆς βουλῆς, σώματι δὲ τοῦ δήμου.

Eadem reperitur apud Isocr. VII 14 ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἕτερον ἢ πολιτεία, τσαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσην περ ἐν σώματι φρόνησις.

quae translatio ei tantopere placuit, ut eam XII 138 repeteret.

Cum Dion. XIX 18 οὐκέτι θαυμάζειν ἐπέρχεται μοι, διὰ τὴν περιβόητος ἢ πόλις ὑμῶν ἐστὶ . . ., τοιούτων ἀνδρῶν οὐσα τροφός,

conferas Isocr. IV 25 μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει, et XII 125 καὶ ταύτην ἔχοντας τὴν χώραν τροφὸν, ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν.

Vocem τροφός Demosthenes quidem non habet, non magis quam hanc translationem, quam legimus apud Dion. VI 9 πόλει τῇ γειναμένη τροφείων δικαίας ἀπαιτούση χάριτας ἀποδώσοντες,

VI 71 ἅπιτε χαίροντες εἰς τὴν γειναμένην τε καὶ θρεψαμένην ὑμᾶς πόλιν, ἣ τροφεῖά τε καὶ χάριτας οὐ χρηστὰς ἀπεδίδοτε,

et apud Isocr. VI 108 παρακαλέσαντες οὖν ἀλλήλους ἀποδῶμεν τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι<sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> cf. Soph. Oed. R. v. 22

πόλις γὰρ, ὡσπερ καὶ αὐτὸς εἰσοφεῖς, ἄγαν ἤδη σαλεύει . . .

Soph. Antig. v. 162 Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοί, πολλῶν σάλῳ σείσαντες, ὄρθωσαν πόλιν.

<sup>2)</sup> Eadem translatio etiam apud Lycurgum 53 exstat; tamen Isocrati eam debere Dionysium persuasum habeo, cum ex oratione eius VI, quae inscribitur Archidamus, permultum in usum suum converterit Dionysius.

Denique exemplum similitudinis, quae figura non tantum distat a translatione, afferre mihi liceat:

Dion. VII 50 ἀλλ' ἀφ' ἡμῶν ἀρξάμενος (scil. ὁ δῆμος) ἅπαν τὸ ἀντίπαλον καὶ μὴ εἶκον ὥσπερ χειμάρρους πολὺς ἐμπροσθῶν παρέσυρεν ἄν καὶ κατήνεγκεν,

quod mirum in modum congruit cum Isocr. XV 172 ἡ γὰρ πόλις ἡμῶν . . . διὰ γὰρ τὸ μέγεθος . . . οὐκ εὐσύνοπτός ἐστιν, ἀλλ' ὥσπερ χειμάρρους, ὅπως ἂν ἕκαστον ὑπολαβοῦσα τύχη καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν πραγμάτων, οὕτω κατήνεγκεν.

Sed etiam Demosthenes eandem adhibuit similitudinem

XVIII 153 εἰ μὲν οὖν μὴ μετέγνωσαν εὐθέως οἱ Θηβαῖοι καὶ μεθ' ἡμῶν ἐγένοντο, ὥσπερ χειμάρρους ἂν ἅπαν τοῦτο τὸ πρᾶγμα εἰς τὴν πόλιν εἰσέπεσε.

Tamen puto quemvis re diligenter examinata concessurum esse verba Isocratis ad id, quod exstat apud Dionysium, propius accedere quam Demosthenis. Primum enim verbum finitum κατήνεγκεν, cuius apud Dionysium et Isocratem eadem exstat forma, apud Demosthenem omnino non legitur; deinde subiecta apud Dionysium et Isocratem notiones simillimae sunt (ὁ δῆμος — ἡ πόλις), Demosthenes de re in universum loquitur (τὸ πρᾶγμα).

At verbum ἐμπίπτειν (vel εἰσπίπτειν), quod exstat apud Dionysium, tantum apud Demosthenem reperitur; itaque fortasse Dionysium duos locos ex Isocrate et ex Demosthene sumptos contaminasse statuendum est<sup>1)</sup>.

Sed haec hactenus; iam nobis agendum est de alio genere troporum, quod ad exornandam elocutionem non minus aptum est quam translatio,

#### b. de sententiis.

Quibus orationes Dionysii non minus quam Isocratis ab-undare quis est qui neget? Investigemus igitur, quas sententias ex hoc illum sumpsisse verisimile sit.

<sup>1)</sup> Itaque vocem πολὺς post χειμάρρους, quae apud Isocratem non exstat, cum Cobeto (Observ. crit. p. 146) delere dubito, cum Dionysium non tam anguste pressisse Isocratis vestigia hoc loco manifestum sit.

Non decere bonis imperare malos legimus apud Dionysium III 10 τίς γάρ ἐκουσίως ἄρχεται τῶν κρείττωνων ὑπὸ τοῦ χειρόνος;

VI 60 ὄσοι οὐκ ἀξιοῦτε κρείττονες ὄντες ὑπὸ χειρόνων ἄρχεσθαι,

VIII 31 ἔπειτα εἰς τοιαύτην ἀξιοῦτέ με κατελθεῖν πόλιν, ἐν ἣ τὸ κρείττον μέρος ὑπὸ τοῦ χειρόνος ἄρχεται,

apud Isocr. II 14 εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τοὺς χειροὺς τῶν βελτιόνων ἄρχειν,

quod iterum legitur XV 72.

Quanto melior sit concordia quam discordia Appius Claudius docet, cum dicit apud Dion. VII 53 ἀγαθὸν μὲν ὁμόνοια, δεινὸν δὲ στάσις,

quod isdem fere verbis exstat apud Isocr. XVIII 44 καὶ μὴν οὐ δεῖ γ' ὑμᾶς παρ' ἐτέρων μαθεῖν, ὅσον ἐστὶν ὁμόνοια ἀγαθὸν ἢ στάσις κακόν,

Summum malum esse invidiam apud utrumque scriptorem legimus:

Dion. XI 18 καὶ φθόνου κακοδαίμονος, δεσ οὐκ ἐξ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν σωφρονεῖν.

Isocr. IX 6 τούτων δ' αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον ἀγαθὸν πρόσσεστιν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσιν ἐστίν<sup>1)</sup>.

Eos qui aliis imperare velint, ipsos liberos esse oportere dicit et Dion. IV 82 αἰσχρὸν τε Οὐλολόσκων καὶ Σαβίνων καὶ μυρίων ἄλλων ἄρχειν ἀξιοῦν, αὐτοὺς δὲ δουλεύοντας ἐτέροις ὑπομένειν,

et Isocr. VI 94 αἰσχρὸν γάρ τοὺς ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων ἀξιοθέντας ὑφθῆναι τὸ προσταττόμενον ποιῶντας.

Magnam esse laudem in rebus secundis temperantiam servare legimus et apud Dion. VI 19

μέγιστον εἶναι λέγων ἐγκώμιον ὥσπερ ἐνὸς ἀνδρὸς οὕτω καὶ πόλεως ὅλης, εἰ μὴ διαφθαρήσεται ταῖς εὐπραγίαις,

<sup>1)</sup> Durius fortasse Dionysio τοῖς ἔχουσιν nullo obiecto appposito videbatur, itaque αὐτόν post τοὺς ἔχοντας inseruit; aut, quod probabilius videtur, κακοφωνίαν duabus litteris σ in verbis ἔχοντας σωφρονεῖν se excipientibus effectam vitare voluit, quod antiqui rhetores praecipiebant (cf. Dion. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων 54; Quintil. IX 4, 37).

**et apud Isocr. XII 32**

τέταρτον, ὅπερ μέγιστον, τοὺς μὴ διαφθειρομένους ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν . . . καλῶ πεπαιδευμένους.

**Huius sententiae similis haec est:**

**Dion. VIII 48** σωφρόνων ἐστὶν ἀνθρώπων, ὅταν μὲν εὖ πράττειν δοκῶσι, ταμιεύεσθαι τὰς τύχας, ὅταν δ' εἰς ταπεινάς καὶ φαύλας ἔλθωσι μὴδὲν ὑπομένειν ἀγεννές,

**Isocr. VI 50** χρὴ δὲ τοὺς μὲν εὖ πράττοντας τῆς εἰρήνης ἐπιθυμεῖν . . ., τοὺς δὲ δυστυχοῦντας τῷ πολέμῳ προσέχειν τὸν νοῦν.

**Patriam non eam credendam esse terram, in qua quisque natus sit, sed quamvis terram, in qua res bene succedant, docet Dion. VI 45** ἡμῖν δ' ἀρκέσει πᾶσα γῆ, ἐν ἧ ἂν τὸ ἐλεύθερον ἔχωμεν, ὅποια ποτ' ἂν ἦ, νομίζεσθαι πατρίς,

**VIII 7** πατρίδα θ' ἡγοῦμαι οὐ τὴν ἀπαρνησαμένην με πόλιν, ἀλλ' ἧς ἀλλότριος ὢν πολίτης γέγονα· γῆν τ' οὐκ ἐν ἧ ἠδίκημαι φίλην, ἀλλ' ἐν ἧ τὸ ἀσφαλές ἔχω,

**VIII 34** πόλιν τε τὴν γειναμένην ἡμᾶς, ὅταν μὲν ὠφελῆ στέργομεν, ὅταν δὲ βλάβη καταλείπομεν, οὐ διὰ τὸν τόπον ἀγαπῶντες αὐτήν, ἀλλὰ διὰ τὸ συμφέρον.

**Eandem sententiam, quae viri patriae amantis nobis non videtur esse, Archidamum facit eloquentem Isocr. VI 43** ἐκλιπόντες δὲ τὴν χώραν καὶ πατρίδα μὲν τὴν ἐλευθερίαν νομίσαντες . . .,

**et 76** τοὺς δὲ τόπους ἅπαντας τοὺς πρὸς τὸν πόλεμον συμφέροντας πατρίδας εἶναι νομίζον<sup>1)</sup>.

**Quanto sit usui colonias deducere, Minucius exponit apud Dion. VII 28** αἱ δ' ἀποστολαὶ τῶν κληρούχων ἐκ τοῦ ἀναγκαίου ἐγένοντο, κοινῇ δόξαν ὑμῖν ἅπασι διὰ φυλακῆς ἔχειν χωρία εἰς πόλεμον ἐπιτήδεια, καὶ μεγάλα ὤνησαν . . . τοὺς τ' ἐξιόντας καὶ τοὺς ὑπολειπομένους ὑμῶν· οἱ μὲν γ' ἀφθονωτέρων εὐποροῦσιν ἐκεῖ τῶν ἐπιτηδείων· οἱ δ' ἐνθάδε ὑπομείναντες ἤττον σπανίζουσι τῆς ἀγορᾶς.

<sup>1)</sup> cf. etiam Aristoph. Plut. 1151 πατρίς γὰρ ἐστὶ πᾶσ' ἐν' ἂν πράττη τις εὖ.

Nauck, Tragic. Graec. frg. 691 τῷ γὰρ καλῶς πράσσειν πᾶσα γῆ πατρίς.  
Cicero Tusc. V 37 Itaque ad omnem rationem Teucrici vox accommodari potest: „Patria est ubicumque est bene“.

Omnibus igitur colonias emolumento esse dicit, et iis qui emigraverint et iis qui domi remanserint, quod simili modo enuntiat Isocr. IV 35 πολλὰς μὲν . . . πόλεις ἔκτισαν, ἀπάσας δὲ τὰς νήσους κατώκισαν, ἀμφοτέρους δὲ καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας καὶ τοὺς ὑπομείναντας ἔσωσαν· τοῖς μὲν γὰρ ἰκανὴν τὴν οἶκoi χώραν κατέλιπον, τοῖς δὲ πλείω τῆς ὑπαρχούσης ἐπόρισαν.

Colonias maxime praesidii causa deduci ut apud Dionysium loco allato (διὰ φυλακῆς ἔχειν χωρία), ita apud Isocratem in eadem oratione paulo infra legimus

IV 107 τὰς κληρουχίας ἡμῶν ὀνειδίξιν, ἃς ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πόλεων φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων . . . ἐξεπέμπομεν.

Restat ut afferam sententiam, quae est de vi pactorum atque foederum et quae apud utrumque invenitur scriptorem:

Dion. VI 84 τελευταία δὲ πίστις ἅπασιν ἐστὶν ἀνθρώποις Ἑλλησὶ τε καὶ βαρβάροις . . . ἢ δι' ὄρκων καὶ σπονδῶν ἐγγυητὰς θεοὺς ποιουμένη τῶν συμβάσεων· ὑφ' ἧς πολλαὶ μὲν ἰδιωτῶν ἔχθραι πικραὶ, πολλοὶ δὲ πόλεμοι πόλεσι πρὸς πόλεις συστάντες διηλλάγησαν —

Isocr. XVIII 27—31 τσαούτην δ' ἔχουσι δύναμιν (scil. αἱ συνθήκαι), ὥστε τὰ πλεῖστα τοῦ βίου καὶ τοῖς Ἑλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις διὰ συνθηκῶν εἶναι· . . . μετὰ τούτων καὶ τὰ συμβόλαια τὰ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ποιούμεθα καὶ τὰς ἰδίας ἔχθρας καὶ τοὺς κοινοὺς πολέμους διαλυόμεθα· . . . τίνας δὲ πίστει πρὸς τοὺς ἄλλους εὐρήσομεν, εἰ τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς γεγενημένας λύσομεν; . . . οὐχ ἤκισθ' ἢ πόλις ἐκ τούτων τῶν διαλλαγῶν εὐδοκίμησεν· πρὸς μὲν γὰρ τὸν πόλεμον πολλαὶ πόλεις ἂν εὐρεθεῖεν καλῶς ἡγωνισμέναι.

Quem locum Dionysio ante oculos versatum esse cum ex multis verborum consensionibus tum ex insigni illa figura, de qua supra egimus, elucere mihi videtur.

Iam ad finem huius partis pervenimus; omnes puto perspexisse magnam partem earum translationum, quae, quamvis rarae, exstant apud Isocratem, etiam apud Dionysium inveniri, sententiarum vero, quibus abundat Isocrates, multas in usum suum convertisse Dionysium.

Iam agendum est

### III. de verbis ac locutionibus.

Ac primum quidem contemplemur

a. vocabula singula,

quae ex Isocrate sumpsisse Dionysium verisimile sit.

Itaque non eorum modo vocabulorum rationem habebo, quae apud ceteros scriptores, quos Dionysium ante oculos habuisse credendum est, omnino non exstant, sed etiam eorum, quae apud eos raro vel obscuro quodam loco, apud Isocratem saepius vel insigni loco leguntur.

#### 1. Substantiva.

ὄγκος, vox poetica ac rara, Dion. III 11 ἀλλ' ἡ μὲν ὑμετέρα πόλις ἀπὸ μείζονος ἀρχήματος . . . εἰς ἐλάττονα ὄγκον συνῆκται, IV 26, XIX 17. Apud Demosthenem tantum in oratione spuria XI 8, apud ceteros oratores Atticos non exstat, apud Isocr. in oratione valde lectitata, quamquam eam Isocratis esse a multis recentioribus negatur, I 30; praeterea XV 133 et epist. IV 5.

αὐθάδεια, quam vocem Demosthenes non adhibet, apud Dion. IV 9, IV 36, VI 71, IX 53, apud Isocr. VI 98 legitur<sup>1)</sup>.

ἐπιφάνεια habent Dion. IV 26, VI 52, 54, Demosth. LXI 26, quam orationem spuriam esse constat, Isaeus VII 13, Isocr. VI 104, X 17.

ἰσονομία, quae vox apud Herodotum, Thucydidem, Platonem legitur, apud Demosthenem deest, habent Dion. IV 72 et Isocr. VII 20, XII 178.

αἱ εὐπραγίαι, quod exstat apud Thucydidem et Platonem, ab oratoribus Atticis non adhibetur, verum et a Dion. II 3, VI 8, 19 et ab Isocr. VII 13, VIII 124, 145, IX 42, XII 32, XV 142.

ἀκμή, quod a Demosthene tantum de momento quodam temporis dicitur, apud Dion. et Isocr. saepe aetatem florentem hominis significat; velut

<sup>1)</sup> Ex hoc loco Isocratis Dionysium vocem αὐθάδεια sumpsisse eo mihi probabilius fit, quod legitur Dion. IX 53 ἀλλ' αὐθάδεια μὲν ἡ σεμνότης καλεῖται, et Isocr. VI 98 ταῖς δ' αὐθαδειαῖς καὶ ταῖς σεμνότησιν.



Dion. IV 31 ὅτε εἰς τὴν κρατίστην παρεγενόμην τοῦ σώματος καὶ τῆς φρονήσεως ἀκμὴν —, VI 9 οὐκοῦν αἰσχροὺν ὑμᾶς μὲν τοὺς ἐν ἀκμῇ φεύγειν τὰ δεινα —, VI 51 ἢ τῶν πατρικίων ἀκμῆ (i. e. *iuventus patriciorum*),

Isocr. V 10 ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος, IX 73 ὀστερίζω γὰρ τῆς ἀκμῆς τῆς ἐμαυτοῦ.

Nec non verbum ἀκμάζειν, quod apud Demosthenem non exstat, legitur apud Dion. IV 34, VI 9, 45, apud Isocr. VIII 145, X 18, XII 129, 267, XV 9, 176.

## 2. Adiectiva.

περίβλεπτος Dion. VIII 53 οὕτω καὶ νῦν τιμᾶν καὶ περίβλεπτόν με ποιήσεις, Demosth. tantum in orationibus spuriiis LX et LXI habet, Xenophon compluribus locis, Isocr. VI 95, VIII 141, X 17, XVI 48.

περιμάχητος Dion. VIII 28 τί τὸ θαυμαστόν ἔσται σοὶ καὶ περιμάχητον ἀγαθόν, XV 3 καὶ τὴν περιμάχητον χώραν παρέλαβον, XIX 15 ὅτι μοι τῶν καλῶν καὶ περιμαχῆτων . . . οὐδενὸς ἐξεγένετο μεταλαβεῖν, apud Xenophontem, Platonem, Aeschinem invenitur, apud Demosthenem deest; at exstat apud Isocr. VII 24, VIII 65, 106, IX 40, X 40, XII 145.

ἀργυρώνητος Dion. IV 11 οὐχ ὥσπερ ἀργυρωνήτοις παραχρήσονται τοῖς πένησιν, IV 81 ἀναγκάζει δ' ὅσα δούλους ἀργυρωνήτους αἰσχύνῃς ἄξια ταλαιπωρεῖν, legitur apud Demosth. tantum in oratione spuria XVII 3, apud Isocr. IV 123, XIV 18.

ἐξίτηλος, vox poetica, qua Demosthenes ceterique oratores non utuntur, invenitur apud Dion. III 10 ὥστε ἐξίτηλον εἶναι ἦδη τὸ ἀφ' ἡμῶν γένος et apud Isocr. V 60, VII 47.

δύσερις Dion. XIX 14 παρόρμησον τὴν ἄχρι τοῦδε δύσεριν καὶ οὐδὲν τῶν μετρίων φρονοῦσαν βουλήν. Apud Demosthenem ceterosque oratores hanc vocem non invenias; habet Isocr. I 31.

μηλόβοτος, vox admodum poetica, quam Demosthenes non adhibuit, legitur apud Dion. VI 71 καταλιπόντες αὐτὴν (scil. τὴν πόλιν) τὸ γοῦν ἐφ' ὑμῖν ἔρημον εἶναι καὶ μηλόβοτον, VIII 50 γῆν αὐτῶν τὴν ἀρίστην πεποικηκῶς μηλόβοτον, apud Isocr. XIV 31.

οὐρανομήκης, vox quae apud poetas saepius, in pedestri oratione perraro, apud Demosthenem non legitur, exstat apud Dion. VIII 51 οὐδέ γε αἰ . . . χάριτες τοσοῦτον ἰσχύουσιν οὐδ' ἂν οὐρανομήκεις γένωνται, ὥστε —, apud Isocr. XV 134.

### 3. Verba.

Verbum ἀντικαταλλάττεσθαι, quod exstat apud Dion. IV 34 ἀντι τῆς ἐπιφθόνου ταύτης . . . ἡγεμονίας τὴν ἀκίνδονον ἀντικαταλλασσόμενος ἡσυχίαν —, apud Demosthenem non legitur; ex oratoribus Atticis hanc vocem adhibent Lycurgus 88 ἀντι τῆς ἰδίας ψυχῆς τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάττεσθαι, et Isocr. V 135 et VI 109, quem locum Dionysium imitatum esse iam supra vidimus.

ὕμνεῖν, quod verbum apud Thucydidem, Platonem, Lysiam, Aeschinem exstat, a Demosthene non adhibetur, legimus apud Dion. VI 9 θαυμαστά ἔργα παρ' ἐτέρων, οὐς οὐδεὶς ὑμνήσει λόγος ἀξίως —, apud Isocr. V 109, IX 6, 65, X 60, XII 205, XV 137.

περιβάλλεσθαι τυραννικὴν ἐξουσίαν Dion. VII 22, π. δυναστείαν μερίζονα VII 31, π. τυραννίδα VIII 30. Demosthenes hoc verbum ita non adhibet, Isocr. autem V 65 τηλικαύτην δύναμιν περιεβάλετο, IV 184 μερίζουσας τὰς δυναστείας . . . περιβεβλημένοις.

μαραίνειν, verbum poeticum, quod legitur apud Dion. II 3, IV 29, 79, VIII 50, invenitur etiam apud Isocr. I 6 κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνήλωσεν ἢ νόσος ἐμάρανε<sup>1)</sup>.

Appendicis loco verba quaedam afferam, in quibus adhibendis Dionysius Isocrate relicto usum Demosthenis sequitur.

Praepositionem σύν neque ab Isocrate (nisi in oratione ad Demosthenem) neque a ceteris oratoribus Atticis praeter Demosthenem adhiberi quis est quin sciat<sup>2)</sup>? Dionysius autem ea persaepe, paene dixi plerumque, utitur, velut I 58 σύν ὕβρει, III 23 σύν θεοῖς, item III 27, IV 34 σύν τούτοις, VI 62

<sup>1)</sup> quem locum Isocratem ex Aeschyli Prom. 596 sequi. θεόσυτόν τε νόσον ἀνόμασας ἢ μαραίνει με . . . et ex Sophoclis Aiacē 714 πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνειν sumpsisse puto.

<sup>2)</sup> cf. Tycho Mommsen, Beiträge zu der Lehre von den griechischen Präpositionen. Berlin 1895.

σὺν ὑμῖν, VII 32 σὺν δίκῃ, VII 48 μετὰ πάντων τε καὶ σὺν ὀλίγοις, VIII 8 σὺν ὑμῖν, VIII 24 σὺν δίκῃ, VIII 32 σὺν τοῖς ἄλλοις multisque aliis locis.

νοῦς apud Isocratem (praeter orationem I) nisi cum verbo ἔχειν vel προσέχειν coniunctum non invenitur<sup>1)</sup>; quod Dionysium non imitatum esse ex his licet cognoscere exemplis

III 28 εἰ μὲν οὖν κατὰ νοῦν ἡ πείρα αὐτοῖς ἐχώρει, IV 9 εἰ δ' ἡ πρώτη πείρα τοῖς ἐχθροῖς χωρήσει κατὰ νοῦν, IX 9 εἰ μέντοι κάκεινων ὁ θεὸς ἐπὶ τὰ κρείττω τὸν νοῦν ἄγει, X 28 οὐ γὰρ ἤδη βαρβάρους . . . εἰς νοῦν ἦλθε.

ἐπιδιδόναι, quod apud Isocratem ubique verbum intransitivum est, et a Demosthene et a Dionysio cum accusativo coniungitur, velut Dion. V 65 τὰ δὲ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς . . . ἀφειδῶς εἰς τοὺς περὶ αὐτῆς κινδύνους ἐπιδιδόντες.

Iam quaestione de verbis singulis ad finem perducta sequitur ut agamus

#### b. de locutionibus,

quas ex Isocrate videtur adscivisse Dionysius.

Dionysium enim ex iis scriptoribus, quos et aliis et sibi imitandos proposuerat — imprimis igitur ex oratoribus Atticis — non modo figuras ornantes atque sententias insignes, sed etiam ipsas locutiones atque enuntiationes excerpisse et occasione data orationibus, quae in historiis eius insunt, inseruisse multis exemplis demonstrari potest. Quoniam ea, quae ex Demosthene sumpsit Dionysius, iam a Flierlio et a Goetzelero collecta sunt, quaeramus quid Isocrati debeat.

Neminem, qui Isocratis orationes attente perlegit, effugere potest, quam saepe in exordiis orationum usus sit locutionibus θαυμάζω τῶν . . . vel θαυμάζω εἰ . . . vel similibus. Hoc modo incipiunt orationes

IV πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων,

V Μὴ θαυμάσης, ὦ Φίλιππε —,

VI Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν —,

VII Πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν —,

<sup>1)</sup> cf. Blass, Attische Beredtsamkeit II<sup>2</sup>, p. 137.

XVIII 1 — — καὶ μηδεὶς ὕμῶν θαυμάσῃ —,

in media autem oratione haec locutio sescenties invenitur.

Quam Dionysius quoque quam frequentissime adhibet; sed eorum tantum locorum rationem habebō, quibus haec locutio in exordio orationis legitur:

IV 23 Πρῶτον μὲν θαυμάζειν ἔφη τῶν ἀγανακτούντων —,

IV 36 Ὑμῶν δὲ τεθαύμακα, ὦ βουλή —,

VIII 73 . . . καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ —,

X 22 Θαυμάζω ὕμῶν, ὦ Ῥωμαῖοι —,

XI 16 Θαυμαστὸν μὲν ἦν καὶ τοῦτ', ὦ βουλή —.

Transitio, quam apud Demosthenem quidem non legimus, exstat apud Dion. IX 31 sequi.

καὶ περὶ μὲν ἐμοῦ ταῦθ' ἱκανὰ εἰρήσθω· περὶ δὲ τῆς βουλῆς . . .,

quae congruit cum Isocr. IV 14

περὶ μὲν οὖν τῶν ἰδίων ταῦτά μοι προειρήσθω· περὶ δὲ τῶν κοινῶν . . .

Praeteritionis forma, quam adhibet Dion. X 36

ἐγὼ, ὦ δημόται, καθ' ἕκαστον ἔργον τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων εἰ βουλοίμην λέγειν, ἐπιλίποισιν ἄν με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος,

sumpta esse videtur ex Isocr. VI 8 ἐπιλίποισιν δ' ἄν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ λέγειν ἐπιχειρήσαιμεν —

et VIII 56 ἐπιλίποισιν δ' ἄν με τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ ἐξετάζειν ἐπιχειροίην —<sup>1)</sup>;

nam quod habet Demosth. XVIII 296 ἐπιλείψει με λέγονθ' ἢ ἡμέρα τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα longius distat a verbis Dionysii.

Cum Dion. VII 41 πλείστην ἐπιδειξάμενοι προθυμίαν . . . τοῦ μηδενὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν τὴν πόλιν, ἀλλ' αὐτὴν ἐτέροις ἐπιτάττειν τὰ δίκαια

<sup>1)</sup> Notandum est his duobus locis Isocrateis codices deteriores exhibere ἐπιλίποισιν, cod. Γ ἐπιλίποισιν, quam memoriam Dionysius secutus esse videtur, id quod consentit cum eo quod Fuhrius statuit de libris rhetoricis Dionysii in Museo Rhenano XXXIX p. 325.

*conferas Isocr. VI 94* ὥστε τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττειν ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἡμᾶς δ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ κελευόμενον<sup>1)</sup> μὴ τολμᾶν διακινδυνεύειν.

*Dion. III 9* οὐδ' ἤρξαμεν αὐτοὶ πρότεροι τοῦ πολέμου, ἄρξαντας δ' ἡμυνάμεθα, *VII 23* οὐκ ἄρχοντες ἀλλ' ἀμυνόμενοι, *VIII 10* ἂν δ' ἄρξησθε ἀμυνούμεθα — *invenitur etiam apud*

*Isocr. VIII 79* οὐ γὰρ ὑπάρχοντες ἀλλ' ἀμυνόμενοι, *IX 28* ἀμύνεσθαι καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν, *XVI 44* οὐδ' ἀμυνόμενος ἀλλ' ὑπάρχων.

*Dion. XIV 9* (quo in capite iam alia invenimus Isocratea) ὦ γενναῖοι παῖδες ἀγαθῶν ζηλωταὶ πατέρων —

*in memoriam nobis revocat illud Isocratis I 11* μιμητὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρῴας ἀρετῆς γιγνόμενον.

*Dion. III 9* εἰ . . . παύσαιντο Ῥωμαῖοι δι' ὑποψίας ἔχοντες Ἀλβανούς ὡς ἐπιβουλεύοντας, *confer cum*

*Isocr. XV 123* οὕτω δ' ἐσπούδαζε περὶ τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων μηδὲ μικρὰν ὑποψίαν περὶ αὐτοῦ λαβεῖν ὡς ἐπιβουλεύοντος.

*Dion. III 9* εἰ παύσαιντο μὲν Ἀλβανοὶ φθονοῦντες Ῥωμαίοις ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἀγαθοῖς, οὐκ ἄνευ μεγάλων κινδύνων καὶ πόνων πολλῶν αὐτὰ κτησάμενοι —, *V 68* οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι Ῥωμαίοις τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιουμένοις, ἦν διὰ πολλῶν πόνων οἱ πατέρες αὐτῶν κτησάμενοι τοῖς ἐχθόνοις κατέλιπον —, *VII 50* πάντα ἂν ἀφηρέθητε, ὅσα οἱ πατέρες θ' ὑμῖν οὖν πολλοῖς κτησάμενοι πόνοις κατέλιπον —, *XI 40* χρήματα οὖν πολλοῖς κτηθέντα πόνοις ὑπὸ πατέρων — *similia sunt eis, quae habet*

*Isocr. VI 12* τὴν γὰρ δόξαν, ἣν ἡμῖν οἱ πρόγονοι μετὰ πολλῶν κινδύνων ἐν ἐπτακοσίοις ἔτεσι κτησάμενοι κατέλιπον —, *VI 57* εἰ . . . μηδὲ τῶν προγόνων μνησθεῖμεν, ἀλλ' ἦν ἐκείνοι μετὰ πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων ἐκτήσαντο, ταύτην ἡμεῖς . . . ἀποβάλομεν.

*Dion. VI 68* καὶ περιέσται μοι ζῶντι μὲν ἔπαινος, τελευτήσαντι δὲ ἢ παρὰ τῶν ἐπιγενομένων μνήμη *hausta esse credo ex*

<sup>1)</sup> codd. deteriores τὸ προσταττόμενον (cf. adnotat. pag. 27).

**Isocr. XII 260** δοκεῖς γάρ μοι ζῶν μὲν λήψεσθαι δόξαν . . . “τελευτήσας δὲ τὸν βίον μεθέξειν ἀθανασίας . . . τῆς τοῖς ἐπιγιγνομένοις περὶ τῶν διενεγκόντων ἐπὶ τινι τῶν καλῶν ἔργων μνήμην ἐμποιοῦσης.

**Dion. III 9** (quo in capite iam complures locos Isocrateos notavimus) ἀλλ’ ἐὰν κοινὰς ἡγησώμεθα τὰς ἀλλήλων τύχας —, **VI 9** κοινὰς ὑμῖν ποιησόμενοι τὰς τοῦ πολέμου τύχας *sumpta sunt ex*

**Isocr. IV 55** Ἄδραστος . . . τὴν πόλιν ἀξίων βοηθεῖν ταῖς κοιναῖς τύχαις —, **X 40** οὐπῶ δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικήσειν ἀλλ’ ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης.

*De τύχη tanquam de dea, quae homines ducat, loquitur Dion.*

**V 27** ἄπειμι τὴν κρείττονα τύχην τῆς πατρίδος ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ ποιησάμενος, **VI 78** ποίαν ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ λαβόντας τύχην; **VI 79** φεύγωμεν ἀπ’ αὐτῶν ἄσμενοι τύχην καὶ θεὸν οἴκῃ ἡμᾶς σφίζουσι ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ ποιησάμενοι,

*item Isocr. V 152* αἰσχρὸν οὖν ἐστὶ καλῶς τῆς τύχης ἡγουμένης ἀπολειφθῆναι καὶ μὴ παρασχεῖν σαυτὸν, εἰς δὲ βούλεται σε προαγαγεῖν .

**Dion. VI 52** τουτί γάρ ἐστιν δὲ πολλοὶ θρυλοῦσι τῶν ἐναντιουμένων τῷ δημοτικῷ —

*conferas cum Isocr. IV 89* πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηγάκασεν, δὲ πάντες θρυλοῦσιν, — *et XII 237* εἰ . . . τὰ μυθώδη περὶ αὐτῆς ἔρεις, ἀ πάντες θρυλοῦσιν —.

*Quod legimus apud Dion. VI 86* ἀλλῆται καὶ πτωχοί,

*etiam apud Isocr. exstat XIV 46* ἀλλῆται καὶ πτωχοὶ καθέσταμεν, ἀποροῦντες ὅποι τραπώμεθα, *quocum etiam conferri potest Dion. I 58* ἀλλῆται περιερχόμενοι πόλεώς τε καὶ χώρας ἐν ἧ τὸ λοιπὸν οἰκήσομεν ἀπορία.

*Quod scribit Dion. VI 68* οὐδὲ καταλείψω τὴν τάξιν τῆς πολιτείας ἐκῶν — *et VII 30* καὶ τὴν τάξιν ἀνατρέψαι τῆς πατρίου πολιτείας —,

*ad Isocr. VI 93* ὥστε μὴ κατασχύνειν τὴν πόλιν μηδὲ περιδεῖν τὴν τάξιν λιποῦσαν, εἰς ἣν οἱ πατέρες κατέστησαν αὐτήν —

*revocandum esse puto, quamquam Flierlius hanc locutionem nisi apud Demosthenem et Dionysium non inveniri dicit<sup>1)</sup>.*

<sup>1)</sup> l. c. pag. 39.

Dion. VII 50 εἰ δεῖ τὰ μέλλοντα τεκμαίρεσθαι τοῖς γεγονόσιν —, VIII 34 εἴ γε δεῖ τεκμαίρεσθαι τοῖς γεγονόσιν ἤδη τὰ μέλλοντα —<sup>1)</sup>

ex Isocr. IV 141 εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι — et VI 59 εἴπερ χρὴ περὶ τῶν μελλόντων τεκμαίρεσθαι τοῖς ἤδη γεγενημένοις —,

et Dion. X 51 βουλευόνται τὰριστα περὶ τῶν μελλόντων οἱ παραδείγματα ποιούμενοι τὰ γεγονότα τῶν ἐσομένων —

ex Isocr. I 34 βουλευόμενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων — et II 35 ἄν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύης, ἄμεινον περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσει —

sumpta esse negari vix potest.

Sed iam haec singula missa faciamus et contemlemur

#### IV. orationes quasdam, quas ad Isocratis exemplum composuit Dionysius.

Dionysium non modo sententias, verba, locutiones ex antiquis scriptoribus hausisse, non modo — ut ita dicam — lapides singulos ab iis mutuatum esse, sed etiam aedificia ipsa ad illorum exemplum exstruere conatum esse iam a Flierlio demonstratum est; neque tamen quisquam in quaestionem vocavit, num etiam Isocrates ei in componendis orationibus ante oculos versatus sit. Quod perquirere in hac parte dissertationis mihi propositum est.

Atque primum quidem conferas, si placet, Dion. IV 36 cum Isocr. III 32—38, ea quae profert Tullius rex cum iis quae Nicocles dicit, quorum uterque regnantem sese quavis iniuria abstinuisse civibus demonstrare studet.

Primo loco neminem se regnante aut interfectum aut in exsilium eiectum aut bonis suis privatum esse uterque affert:

Dion. IV 36 ἡδέως δ' ἄν πυθοίμην παρ' αὐτῶν τίνος ἀδικήματος ἔνεκα πολεμοῦσί μοι καὶ ἐπὶ τίνι τῶν ἐμῶν ἔργων ἀχθόμενοι· πότερον ὅτι πολλοὺς ἴσασιν ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς ἀκρίτους ἀπο-

<sup>1)</sup> In adhibendis verbis *γεγονός* et *γεγενημένος* Dionysius ab Isocrate discrepat, apud quem hoc semper est „factus“, illud „natus“ (cf. Keil, *Analecta Isocratea* pag. 128).

λωλύτας ἢ τῆς πατρίδος στερουμένους ἢ τὰς οὐσίας ἀπολωλεκότας ἢ ἄλλη τινὶ συμφορᾷ κεχρημένους ἀδίκως;

**Isocr.** III 32 πρὸς τε γὰρ τοὺς πολίτας μετὰ τοιαύτης πρα-  
ότητος προσηνέχθη ὥστε μήτε φυγὰς μήτε θανάτους μήτε  
χρημάτων ἀποβολὰς μήτ' ἄλλην μηδεμίαν τοιαύτην συμφορὰν  
ἐπὶ τῆς ἐμῆς γεγενῆσθαι βασιλείας.

**Deinde omnibus abstinuisse se libidinibus uterque dicit:**

**Dion.** ὕβρεις δέ μοι τινὰς συνοίδασιν εἰς γυναῖκας γαμετὰς  
ἢ προπηλακισμοὺς εἰς θυγατέρας παρθένους ἢ ἄλλην τινὰ περὶ  
σῶμα ἐλευθέρον ἀκολασίαν;

**Isocr.** 36 εἰδὼς γὰρ ἅπαντας ἀνθρώπους περὶ πλείστου ποιου-  
μένους τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν καὶ τὰς γυναῖκας . . . καὶ τὴν  
ὕβριν τὴν περὶ ταῦτα μεγίστων κακῶν αἰτίαν γιγνομένην . . . ,  
οὕτως ἔφυγον τὰς αἰτίας ταύτας, ὥστ' . . . οὐδενὶ φωνήσομαι σώ-  
ματι πεπλησιακῶς πλὴν τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός —.

**Denique ipsa vita sua civibus exemplum se praeibuisse  
uterque praedicat:**

**Dion.** καὶ αὐτὸς ἐξηταζόμεν πρῶτος οἷς ὤρισα κατὰ τῶν  
ἄλλων δικαίοις ὥσπερ ἰδιώτης πειθόμενος,

**Isocr.** 38 ἔπειτα καὶ προσήκειν ἡγησάμην τοσοῦτω τοὺς βασι-  
λέας βελτίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, ὅσῳ περ καὶ τὰς τιμὰς μείζους  
αὐτῶν ἔχουσι, καὶ δεινὰ ποιεῖν, ὅσοι τοὺς μὲν ἄλλους κοσμίως  
ζῆν ἀναγκάζουσιν, αὐτοὶ δ' αὐτοὺς μὴ σωφρονεστέρους τῶν ἀρχο-  
μένων παρέχουσιν.

**Annominatio, quam apud Dionysium in fine huius capituli  
legimus:**

καὶ ἄρχειν ἐπίσταμαι καλῶς καὶ ἄρχεσθαι δύναμαι  
σωφρόνως,

**exstat etiam apud Isocratem 57:**

ἦν γὰρ καλῶς ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῶν ἄρχειν δυνή-  
σονται.

**Celeberrima maximeque lectitata oratio Isocratis sine dubio  
ea erat, quae inscribitur Panegyricus; quid mirum eam  
Dionysio exemplo fuisse?**

**Occasio eius imitandae Dionysio III 10—11 data erat,  
ubi — ut in Panegyrico inter Athenas et Spartam — inter  
Romanos Albanosque de principatu disceptatur.**



Apud Dion. III 10 Fufettius Albanorum esse oportere principatum ita demonstrat, ut dicat Albanos primum quidem esse populum maiorem et antiquiorem:

ἡμεῖς καὶ τῆς μὲν ἄλλης ἄρχειν ἀξιοί ἐσμεν Ἰταλίας, ὅτι ἔθνος Ἑλληνικὸν καὶ μέγιστον τῶν κατοικοῦντων τῆνδε τὴν γῆν ἐθνῶν παρεχόμεθα, τοῦ δὲ Λατίνων ἔθνους . . . ἡγεῖσθαι δικαιοῦμεν . . . κατὰ τὸν κοινὸν ἀνθρώπων νόμον . . . , τῶν ἐκγόνων ἄρχειν τοὺς προγόνους —,

deinde gentem indigenam, peregrinis non vitiatam sicut Romanos:

ἡμεῖς δὲ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ παρ' ἑαυτοῖς πολιτεύματος διεφθάρκατε . . . , ὥστε ὀλίγον τὸ γνησίον ὑμῶν ἐστὶν ὅσον ἀφ' ἡμῶν ὠρμήθη —· εἰ δ' ἡμεῖς παραχωρήσαιμεν ὑμῖν τῆς ἀρχῆς, τὸ νόθον ἄρξει τοῦ γνησίου καὶ τὸ βάρβαρον τοῦ Ἑλληνικοῦ καὶ τὸ ἐπείσακτον τοῦ αὐθιγενοῦς.

Eadem argumenta eodem modo disposita Isocrates affert IV 23—24, cum dicit de Atheniensibus:

ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην εἶναι καὶ μεγίστην —· οὐδ' ἐκ πολλῶν ἐθνῶν μιγάδες συλλεγέντες, ἀλλ' οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν, ὥστε . . . ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες.

Sententiam Fufettii, quam Tullus apud Dion. III 11 affert:

οὐκ ἤξιους ἄρχειν τῶν γνησίων τοὺς νόθους οὐδὲ τῶν αὐθιγενῶν τοὺς ἐπήλυδας<sup>1)</sup>,

legimus etiam in Panegyrico 63:

οὐ δῆπου πάτριόν ἐστιν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπήλυδας τῶν αὐτοχθόνων.

Ad illa argumenta Fufettii Tullus respondet apud Dion. III 11 oratione, qua exponit exemplum Atheniensium sese imitari, qui gentes finitimas in urbem suam recipere non sprevisent:

ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτου δέομεν αἰσχύνεσθαι κοινήν ἀναδείξαντες τὴν πόλιν τοῖς βουλομένοις, ὥστε καὶ σεμνυόμεθα ἐπὶ τούτῳ μάλιστα τῷ ἔργῳ, οὐκ αὐτοὶ τοῦ ζήλου τοῦδε ἄρξαντες, παρὰ δὲ τῆς Ἀθηναίων πόλεως τὸ παράδειγμα λαβόντες . . . μεγάλη θ' ἡμῶν ἡ πόλις ἐκ μικρᾶς . . . διὰ ταύτην τὴν φιλανθρωπίαν γέγονε —.

<sup>1)</sup> quam vocem Dionysium ex Isocrate sumpsisse verisimile est.

**Idem legimus in Panegyrico 29:** οὕτως ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον θεοφιλῶς ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχεν, ὥστε κυρία γενομένη τοσοῦτων ἀγαθῶν οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν ἔλαβεν ἅπασι μετέδωκεν.

**Illud quod dicit Tullus παράδειγμα Atheniensium aliis quoque locis Panegyrici reperitur, velut**

39 τούτων τῶν κακῶν αὐτοὺς ἀπήλλαξε, τῶν μὲν κυρία γενομένη, τοῖς δ' αὐτὴν παράδειγμα ποιήσασα,

41 εἶναι παρ' ἡμῖν τοῖς μὲν ἡδίστας διατριβάς, τοῖς δ' ἀσφαλεστοτάτην καταφυγὴν<sup>1)</sup>,

52 ἅπαντα γὰρ τὸν χρόνον διετέλεσαν κοινὴν τὴν πόλιν παρέχοντες.

**Quod dicit Tullus in eodem capite paulo infra:**

φιλοτιμούμεθα γὰρ οἱ νεώτεροι πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους καὶ οἱ ἔποικοι πρὸς τοὺς ἐπικαλεσαμένους, πότεροι πλείονα ποιήσομεν τὸ κοινὸν ἀγαθόν,

**Isocrates quoque de Atheniensibus praedicat 79:**

οὕτω δὲ πολιτικῶς εἶχον, ὥστε καὶ τὰς στάσεις ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους . . ., ὁπότεροι φθῆσονται τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ποιήσαντες.

**In componenda oratione Bruti IV 77—83 Dionysius ad eam Isocratis orationem, quae inscribitur Archidamus, sese applicavit, quam quanti fecerit, ex libello eius de Isocrate cognoscitur, ubi dicit cap. 9:**

τίς δ' ἂν μᾶλλον πείσειε καὶ πόλιν καὶ ἄνδρας τοῦ ῥήτορος πολλαχῆ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίου γραφέντι λόγῳ, ὅς ἐπιγράφεται μὲν Ἀρχίδαμος . . . ;

**et in fine eiusdem capituli:** ταῦτα γὰρ οὐ Λακεδαιμονίοις μόνοις συμβουλεύειν φαίην ἂν αὐτὸν ἔγωγε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις πολλῷ κρείττον ἀπάντων φιλοσόφων.

**Iam orationes ipsas contemplemur. Et Brutus et Archidamus initium faciunt a se ipsis:**

**Dion. IV 77** περὶ ἑμαυτοῦ πρῶτον ὀλίγα βούλομαι προειπεῖν,

<sup>1)</sup> quocum etiam conferri potest Dion. VI 55 πόλιν τε τὴν αὐτῶν ὑμῶν παρέχοντες ἅπασι τοῖς δεομένοις ἀσφαλῆ καταφυγὴν.

**Isocr. VI 2** ἐγὼ δ' εἰ μὲν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκῶς, πολλὴν ἂν ἤσυχίαν ἤγον — **et**

8 ἐγὼ μὲν οὖν, εἰ δεῖ τοῦ μὲν ἴδιον εἰπεῖν, ἐλοίμην ἂν ἀποθανεῖν.

**Transit deinde Brutus ad orationem ipsam, cum dicit Dion. IV 78:**

ἐπειδὴ δ' ὁ τε καιρὸς, ὃν τὰ πράγματα μοι δίδωσι, βραχύς, ἐν ᾧ λέγειν μὲν ὀλίγα δεῖ, πράττειν δὲ πολλά, . . . ταῦθ' ὑμᾶς ὑπομνήσω.

**Item Archidamus 15:** οὐδὲ πώποτε δὲ λόγους ἀγαπήσας, ἀλλ' αἰεὶ νομίζων τοὺς περὶ τοῦτο διατρίβοντας ἀγροτέρους εἶναι πρὸς τὰς πράξεις, νῦν οὐδὲν ἂν περὶ πλείονος ποιησαίμην ἢ δυνηθῆναι περὶ τῶν προκειμένων ὡς βούλομαι διελεθεῖν.

**Sequitur narratio:**

**Dion. 79** οὗτός ἐστιν, ἄνδρες πολῖται, ὁ Ταρκύνιος . . .

**Isocr. 17** ἐπειδὴ γὰρ Ἡρακλῆς μετέλλαξε τὸν βίον . . .

**Tum de eo argumento disseritur, quod vocatur τὸ δίκαιον; ut Brutus apud Dion. IV 80 exponit Tarquinium nullo iure regnum tenere:**

αὐτίκα τὴν ἡγεμονίαν . . . πῶς παρέλαβεν; ἄρα γ' ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ —

**et singula enumerat argumenta:**

πρῶτον — ἔπειτα — μετὰ ταῦτα,

**ita Archidamus 29—33 iure ac legitime Lacedaemonios Messeniam possidere demonstrat:**

29 ἔτι τοίνυν ἐκ τῶν ἐχομένων γνώσεσθε σαφέστερον, ὅτι . . . τότε Μεσσηνίαν εἵχομεν δικαίως —

**et singulis argumentis confirmat:**

32 πρῶτον — ἔπειτα — ἔτι — πρὸς δὲ τούτοις.

**Apud Dion. IV 82 Brutus cives adhortatur, ne patrum obliviscantur:**

οὐκ ἔστιν ἡμῖν, ᾧ δημόται, βιωτὸν ἐν τιοιούτοις κυλινδουμένοις κακοῖς, ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν οὖσιν ἀπογόνους, οἱ τὰ δίκαια τάττειν ἡξίουσαν τοῖς ἄλλοις καὶ πολλοὺς ὑπὲρ ἀρχῆς ἤραντο κινδύνους.

**Idem facit Archidamus 57:** τίς δ' οὐκ ἂν ἐπιτιμήσειεν ἡμῖν, εἰ . . . μηδὲ τῶν προγόνων μνησθεῖμεν, ἀλλ' ἦν ἐκεῖνοι μετὰ

πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων ἐκτῆσαντο, ταύτην ἡμεῖς . . . ἀποβάλομεν;

**Brutus pergīt:** ἀλλὰ δεῦν θάτερον ἅπασιν αἰρετέον, ἢ βίον ἐλεύθερον ἢ θάνατον ἐνδοξον;

**eandem sententiam profert Archidamus 89:** δυοῖν δεῖ θάτερον, ἢ πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἑλλήσιν ἢ παντάπασιν ἀνηρῆσθαι μῆδὲν ταπεινὸν διαπραξαμένους ἀλλὰ καλὴν τὴν τελευτὴν τοῦ βίου ποιησαμένους.

**Quod dicit Brutus in fine eiusdem capituli:**

αἰσχροὺν τε Οὐλοῦσικων καὶ Σαβίνων καὶ μυρίων ἄλλων ἄρχειν ἀξιοῦν, αὐτοὺς δὲ δουλεύοντας ἐτέροις ὑπομένειν,

**idem legitur apud Isocr. 94:** αἰσχροὺν γὰρ τοὺς ἄρῆσθαι τῶν Ἑλλήνων ἀξιοθέντας ὀφθῆναι τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας.

**Denique Brutus apud Dion. IV 83 ostendit, quibus possint uti adiutoribus: primum deis, deinde sua ipsorum virtute, denique sociorum auxiliis:**

τίσιν οὖν ἀφορμαῖς εἰς τὰ πράγματα χρησόμεθα καὶ ποίαις συμμαχίαις; . . . πρώταις μὲν ταῖς παρὰ τῶν θεῶν ἐλπίσιν . . ., ἔπειτα ταῖς ἐξ ἡμῶν αὐτῶν οὔτε ὀλίγων ὄντων οὔτε ἀπείρων πολέμου· πρὸς δὲ τούτοις ταῖς παρὰ τῶν συμμαχῶν ἐπικουρίας.

**Eadem enumerat Archidamus 59—63:**

ἐγὼ δὲ μεγίστην μὲν ἡγοῦμαι συμμαχίαν εἶναι τὸ τὰ δίκαια πράττειν, εἰκὸς γὰρ καὶ τὴν τῶν θεῶν εὐνοίαν γενέσθαι μετὰ τούτων· πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ καλῶς πολιτεύεσθαι καὶ σωφρόνως ζῆν καὶ μέχρι θανάτου μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐθέλειν, ἃ μᾶλλον ἡμῖν ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπάρχει — 62 εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τῶν ἔξωθεν βοηθειῶν εἰπεῖν, ἡγοῦμαι πολλοὺς ἔσεσθαι τοὺς βουλομένους ἐπαμῦναι ἡμῖν.

**Iam ad finem commentationis pervenimus, et si ea quae invenimus breviter complectimur, concedendum esse puto, non paucos apud Dionysium exstare locos, quibus cognosci possint Isocratis vestigia, ita quidem, ut Dionysium non modo figuras, sententias, locutiones, verba illius in usum suum transtulisse, sed etiam orationes ipsas ad illius exemplum formasse appareat.**



## Vita.

---

Natus sum Carolus Maetzke a. d. V. Id. Febr. anni 1883 Aquis Mattiacis patre Carolo, matre Margareta e gente Korn, quos ambos adhuc salvos esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Prima pueritia ex urbe Rhenana in oppidum Silesiae inferioris, cui nomen est Leopoldis, tractus primis literarum elementis imbutus progymnasium reale Leopolditanum per sex annos frequentavi. Deinde gymnasium Cervimontanum adii, quod vere anni h. s. II. maturitatis testimonio instructus reliqui studiis philologicis atque historicis operam daturus; quibus cum in universitate literarum Lipsiensi per bis sex menses incubissem, almam matrem Viadrinam petivi.

Docuerunt me viri doctissimi: *Baumgartner, Brugmann, Caro †, Cichorius, Ebbinghaus, Foerster, Freudenthal, Gardthausen, Grünhagen, Hoffmann, Immisch, Jacoby, Kaufmann, Lamprecht, Norden, Partsch, Skutsch, Wachsmuth †, Zacher, Zarncke.*

Seminariorum philologici, archaeologici, historici, philosophici sodalis ordinarius fui moderantibus vv. dd. Foerstero, Nordeno, Skutschio; Cichorio, Kaufmanno; Baumgartnero, Freudenthalio.

Quibus viris omnibus semper gratiam habebo debitam, imprimis autem Skutschio, qui huic opusculo operam curamque impendere non desiit.

---

## Sententiae controversae.

---

1. Dionysius Halicarnassensis in Antiquitatibus Romanis eam Isocratis recensionem in manibus habuit, quae nobis codice Urbinate l' servata est.
  2. Dicta quae feruntur Catonis ita orta sunt, ut breves sententiae, quarum aliquot hodieque distichis antecedunt, primum in versus monostichos, deinde in disticha dilatarentur.
  3. In Callimachi epigr. XXVIII v. 5—6 ita interpungendum est:  
Λουσάνη, σὺ δὲ ναιχὶ καλὸς — καλός, ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν  
τοῦτο σαφῶς Ἠχώ, φησὶ τις 'ἄλλος ἔχει';  
nam echo non verba ἄλλος ἔχει dicit, sed refert vocem  
καλός.
-









Gd 39.92  
De Dionysio Halicarnassensi Isocrat  
Widener Library 005957540



3 2044 085 111 698

